Illyria Rediviva.

Versio verbalis e
Slovenico, dicto Vindico.

*

Napoleon dicit:
Illyria surge! —
Surgitat, suspirat:
Quis vocat in lucem?

*

O heros dilecte
Num Tu me excitas!
Porrigis manum potentem,
Me erectam sustines!

*

Quid tibi reddam? —
Adspicio circum,
~~Distinguere~~ Dignoscere nequeo
Fere ipsa meam ~~proles~~ sobolem.

*

Quis inveniat Metulum,
Et Terpon meam arcem?
Emona, Scardona
Vix sunt agnoscendæ.

*

~~Retro~~ Red- iterum Fortes
Quis mihi ~~[illegible]~~ reddet?
Quos Laconicus
Dux extimuit?

*

Ab antiquo Alpes
Sunt nostrorum ambo=
rum peculium,
~~Inde~~ Hinc nostra
Resonuit gloria.

*

Gallus strenuus ~~[illegible]~~
Ad Padum, præ illo
Adulta trepidavit
Intra muros Roma.

Jam potens maris
Illyrius fuit
Quum naves ~~[illegible]~~ dolare
Romanus discebat.

*

Paulatim Romanus
Bella parat,
Se mari adsuefacit,
Vincit ambos.

*

Late grassatur
Circa 700 annos
Ast socialem animum
Noluit habere.

*

Ab aquilone venit
In illum turbo,
Indignos dominos
Desuper obrutos.

*

Jam Franci et Gothi
Et Teutones ~~[illegible]~~
fama clare~~[illegible]~~nt,
Illyrius vero in tenebras
Oblivionis abit.

*

Bis septem centum soles
Supercrescitat eum
muscus,
Napoleon detergi
Jubet de eo pulveres.

*

Illyriam me vocant
Latinus et Græcus,
Sloveniam me dicunt
Indigenæ omnes
passim.

Ragusæus, Catarinus,
Littoris accola, Carniolus superior
Colapianus more antiquo
Se vocat Slovenzum.

*

Ab origine hic
Colit ista gens,
Si id scit quis de alia,
Dicat: unde? (id sciat)

*

Cum Philippo et Alexandro
Fuerunt illis dura bella,
~~Adversus~~ Quirites in udo
~~[illegible]~~ compescebat ipsorum examen.

*

Magnificata ero,
Sperare audeo,
Geritur mirum,
Præ-~~[illegible]~~ dico:

*

Spiritus adflat Slovenos
Napoleonis,
Progenies pullulat
Regenerata tota recens.

*

Innixam unam manum
Galliæ habeo,
Alteram vero Græcis
Amice porrigo.

*

In Græciæ fronte
Corinthos sita est,
Illyria in corde
Europæ quiescit.

*

Corinthos fuit dicta
Græciæ oculus,
Illyria annulus
Europæ fiet.

Sequetur *Illyria magnificata, *ceu antithesis jam tum concepta in mente poetæ, in laudem ejus, qui linguam excoli juberet Slovenicam, atque gentem erudiri, quod fecit Franciscus. Nomen carminis erit: Slovenia svelizhana. Vodnik

DRŽ. BI[illegible]TEKA